



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

35. Episcopo triplex cura incumbit. Ibidem ratio, quòd mala ablata incerta,
possit in ecclesi[a]e vsum couertere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

detrahitur, exigitur consensus omnium, quæ
 leduntur. c. quod omnis, de regu. iu. li. 6. sed pau-
 peres non consentiunt: ergo &c. Sexto, quia
 34 iura determinant, per quos, & de quibus ec-
 clesia debet reparari: vt. c. 1. §. de his. de ecc.
 adi. & non dicit de his bonis: ergo de eleemosy-
 na pauperibus debita, non reparabitur. In
 35 contrarium verò allegatur quod possit, quia
 equalis cura episcopo imminet de tribus: vide-
 licet, de pauperibus alendis, ecclesijs reparan-
 dis, & sustentandis ministris ecclesiarum. 83.
 dist. c. 1. 12. q. 2. c. aurum. 10. q. 2. hanc con-
 suetudinem. 12. quest. 1. episcopus ecclesiarum.
 sed ecclesia est vnum de his: ergo reperitur
 de alio coequali. Secundo, quia bona ecclesia-
 rum sunt pauperibus obnoxia, sicut illicite
 acquisita: vt. d. c. aurum. 16. q. 1. c. si. sed epi-
 scopus potest dare licentiam &c. vt. 12. q. 2.
 bonæ rei. & de donationib. ca. apostolica. ergo
 de illicite quæsitis idem poterit facere. Tertio
 ad idem facit. 16. q. 1. ca. eccle. & c. statui-
 36 mus. † Quarto, quod possit, facit, quia expedit
 pauperibus ecclesias reparari, in quibus obla-
 tiones recipiuntur ad pauperum alimoniam:

vt 12.